



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Testibvs Cogendis, vel non. Titvlvs XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

DE TESTIBVS COGEN-
dis, vel non.

TITVLVS XXI.

CAP. I.

In causa civili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum: & si subtrahant odio, gratia, &c. compelluntur.

Alexander III. Papam electo.

Caufam a matrimonio qua inter M. mulierem & filium R. vertitur, commissimus iudicibus terminandam. Ideoque mandamus, quatenus testes ab altera partium in sua adserionis testimonium invocatos, ne veritatem occultent, diligenter moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram praefatis iudicibus, vel eorum b' nuncio quem ad hoc miserint, ecclesiastica distictione compellas.

CAP. II.

Ubi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionem, excommunicationis & depositionem sententiam.

Idem Presbyterus Pontie.

Cum super causa c', qua vertitur inter Prænestinum, Episcopum & Subl. Abbatem, sit testimonium verum necessarium: mandamus, quatenus perhibituri testimonium veritati, Apostolico vos conjectui praesentis. Si vero non veneritis, sciatis vos ab officio & beneficio ecclesiastico Apostolica autoritate luppenos. Et siue sic veneritis, excommunicationis sententiam & depositionem potius formidare.

CAP. III.

Tu si timore adversa partis se subtrahit, testificari compellitur: additum in criminali, secundum communem intellectum: & sic aliquid addit ad c. i. sup. eo. &c. dilectorum, inf. eod.

Idem Generis d. Archiepscopi.

Super eo: [i & infra.] Consul. t. t. respond. Quod si factum est notorium, non egit testium depositionibus declarari, cum talia probationem vel ordinem iudicari non requirant. Verum si non est notorium, & is, qui convenienter, factum negaverit, testes qui interfuerunt facto, non cogendi ad ferendum testimonium veritati. Nisi forte timore adversa partis confiterit judici eos a ferendo testimonio revocari. Licet ad hoc passim possint f' de juris humani rigore compelli.

[i Quod testificari desideras, an cum aliquis de aliquo facto manifesto ante judicem convenitur, brevi falso interfuerint, cogendi sunt ad ferendum testimonium veritati.]

CAP. IV.

Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatoris subtraxit. hoc dicit, secundum verum & communem intentionem. Abbas.

Idem.

Peruenit ad audientiam g' nosram, quod cum prior sancti Laurentii coram te fuillet de simonia & adulterii criminis accusatus, quendam, qui contra eum ducentus erat in testimonium, juramento adstitit, ut non deponeret contra ipsum: & infra. Nos igitur attendentes, quod nemo debet adversatio instrumenta (quorum appellatione testes continentur) subtrahere: & quod tam ille, qui subripuit instrumenta, quam quidveratio parem h' advocationis copiam subveniat, iniquam ostendit a se item foveri, & expe-

riri debet in se judicis auctoritatem elusam: respondeamus, ad detegendum tantu' fraudis & calliditatis commentum, ipsum testem merito esse compellendum.

CAP. V.

S' res aliter probari non posset, etiam in causa criminali compellendi sunt testes, h.d. secundum lectionem notabilorem.

Clemens III. Seobiensis Episcopo a.

Peruenit b' ad nos, quod cum à laice enormis & intolerabili injurya clero multis adstantibus & videntibus inferatur, injuriantes in causam tracti negant se tantum facinus commisisse: & cum lafus eorum testimonio, qui praefentes extiterant, hoc probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere: [i & infra.] Consult. t. t. quod hi, qui de rebus ecclesiasticis testificari reculant, si aliter veritas nequiverit elicita, ad ille lud sunt per censuram ecclesiastica compellendi.

[i Sic, fit ut ecclesiastica justitia deperat, & clericali ordo visofas. Quia vero super h' tua noi ducerit f. consilendos.]

CAP. VI.

Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panorm. non placet hoc summari, & ideo s' omnis sicut, c. i. supra eod.

Idem.

Cæterum, quod super e' consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitatur a nobis, cum id tam jus scriptum approbet, quam consuetudo atque usitatum approbata d, si ipsum confiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore.

CAP. VII.

Testis synodalium, qui coram ordinario super matrimonio depositus, non compellitur jurare super eu coram delegato, hoc primò. Propter supervenientem infamiam, a testimonio repellitur, hoc secundò. Potest tamen si erravit, in continente, non ex intervallo, dictum suum corrige, hoc tertio.

Celestinus III.

Präterea si testes e' publici, quos tua civitas nuncunquam tu capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, utrū praefentes aliquis delegati iudicis super eadem causa iterat præbeant juramentum, dummodo aliter stat fides judici delegato: nisi forte articulus nova questionis emergat. Hujusmodi f' vero testes publico jure possunt propter infamiam perhibendo testimonio removeri, si eam postquam in communione recepti fuerint, contigerit contraxisse. Quorum testimonia, si quandoque non studiosè, sed in proferendo erraverint, & le i' continente corixerint, reprobari non debent: fecut autem erit, si correctioni sua interposuerint intervallum.

CAP. VIII.

Cum de fama vel virtute falsitatem inquiratur, cogendi sunt testes. hoc dicit, secundum Ioan. Andr. sed secundum Panorm. nimis stringentis texture.

Innocentius III. Priori sancti Fridiani, &
Magistro P. canonico Plano.

Vper his g: & infra. Cæterum volumus & mandamus, ut super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quam literis contra eum sub nomine longè majoris & senioris partis capituli definitis, cogatis testes, qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

a Cap. z. eod tit. in 1. elect. Vid. Guid. Pap. b'c. b' Dicit, tenet, deest in veris. c Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. & postea Lat. Lateran. sub. Alex. III. part. & c. d' al. lauens. alt. lat. Epis. Ca. 4. eod. titul. in 1. compil. & ca. 7. pars. postea Lat. sub Alex. III. f' Dicit de, deest in veris. g' Ca. 1. de presumpt. in 2. compilat. h' parem advocationis copiam defensionis copiam, qd. partem.

iii 5

CAP. IX.

Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.

Idem. Archidiaco Mediolanensi.

CVM contra magistrum R. super eo, quod dicitur falsas de fide Apostol. literas reportasse, ac per se vel procuratorem fusile uolum eiusdem, tibi direxerimus scripita nostra, postulasti per sedis Apostol. oraculum edoceri, utrum super praefato vitio falsitatis testes compelle re debetas nominatos. Nos igitur a respondemus, quod testes prædicti, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per cen. eccl. debet appell. remota, compellere veritatem testimonium perhibe te b.

CAP. X.

Non summatur propter varietatem litterarum, nec etiam dividitur.

Honorius III. Abbati S. Eugenii, & magistro G. canonico Sonni.

Dilectorum filiorum Vulturani capituli ex parte una, & Episcopi Vulturani ex altera procuratoribus in nostra praefatione constitutis: [1 & infra.] Testes qui fuerint nominati, praterquam super criminibus (si se gratia vel timore subtraxerint, vel odio) per centuram ecclesiasticam cogantur veritatem testimonium perhibere.

[1 Dil. si. tit. SS. Cosma & Damiani Diac. Card. concepsimus auditem, coram quo curia per conventionis & reconventionis modum super diversis capitulis que sub bullâ nostra uobis transmisiuit interiuia, si fuerit legitime contestata, &c.] si abfissim.

CAP. XI.

Ad detegendam veritatem conjunctionis cognitorum sicuti, etiam iurari.

Idem Episcopo Bonon. & magistro B. c
Venerabilis frater noster Archiepiscopus Ravennaten, propulit, quod eives Cervicen. & cum M. & L. & quondam clericis Roven, quandam præsumptiunum conjunctionem facere contra eum, nihilominus in detrimentum ejus dantes ei quamdam pecuniam quantum: & ad hac celanda se adstringentes vinculo iuramenti, unde humiliiter supplicavit, ut cum causam super his, & quibusdam articulis vobis duxerimus committendum, & ipse intentionem suam probare non posset, nisi testimonioum civium prædicatorum s. provideire ei g, ne profectu testium pereat sua justitia dignareetur. Ideoque mandamus, quatenus monitione commissaria per centuram ecclie, appellat, remota cogatis illos quos videteris compellendos, ut ab hujusmodi iuramento absolvant, quos idem Archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos: eos nihilominus (si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint) distinctione simili compellentes ad perhonestum testimonium veritati.

DE FIDE INSTRVMEN-

torum.

TITVLVS XXII.

CAP. I.

Instrumentum exemplum non solenniter sumptum, fidem non facit, originales, h.d. secundum ipsius mentem.

Gregorius b.

Si scripturam i authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus.

CAP. II.

Corruui instrumentum si testes inscripti deceperint, nisi sigillum habeat authenticum, vel a notario sit confectum.

a *Igitur taliter, &c.* b *Addo quid jure evili midiantur conc. l. i. ff. si quis ius duen. nonob. c in quibusdam, B. Episcopo. d Cormen. alt. Cormen. alt. Tremen. e al. M. & L. f. l. i. C. de haret. l. quatuor. ff. de question. & l. cum probatio. ff. de probat. g. didic. et. dect. h. lib. 2. epis. 3. cap. 42. registr. i. Cap. 1. ead. tit. m. 1. compil.*

Acripta vero a authentica, si testes inscripti deceperint (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quo appareant publica, aut authenticum sigillum habuerint, per quod possint probati) non videantur nobis alicuius firmatis robur habere.

CAP. III.

Scriptum Apostolicum propter rafaram, in loco non suspecto non censetur vitiosum. h. d. sicquidem mentem.

Idem.

Ex literis vestris b acceperimus, quod cum causa, que inter magistrum A. & R. super capella de Ambitoria & veritatem, demandato nostro suscepimus terminandam, præfatus R. literarum sibi copiam fieri poslavat. Qui cum eas argueret falsitatis, quia in narratione facti abrufa sunt, ubi scriptum est iura parochialis: [1 & infra.] Dicimus, quod propter abrusionem illum judicari falsa non possunt, nec etiam haberi suspecta, præterim cum privilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione facti (s. erratum est) possunt inunctanter abrudi.

[1 *Nos autem insipientes literas vestras.*]

CAP. IV.

Redargimus prærogativum de falso, iudex facit illud exhiberi a ram judge & paucis, & in loco congruo & securu: & interim stabitur sententia late per illud.

Idem Eboracen. d. Archiepiscop.

Aceperimus & literas, quas Abbas fundi Augustini contra Cantuarium Archiepiscopum transmisit: [1 & infra.] Cum privilegia non inspecta non valeant argumenti falsitatis, & difficile sit & f. periculose, ea apud se dem Apost. exhibeti: præcipimus, ut vel exhibeatur eidem Archiepiscopo in claustru prædictorum fratrum, vel in aliquo loco congruo & securu, usq; ad nativitatem proximam sancti Iohannis Baptiste. Si vero nec vident, nec sufficientem responsalem miserit, ei per perpetuum silentium imponamus ipsa ulterius arguendi: Interim autem nolumus illa privilegia vacillare: sed præcipimus sententiam, quæ eorum obtenuit super statu monasterii latet, inviolabilitate observari. & infra, habemus etiam, ut Archiepiscopum in inspectione privilegiorum dubium numerum faciat esse contentum.

[1 *Nostri, attentes tempus ad prosequendum applicandum prescriptum nullatenus expeditandum.*]

CAP. V.

Instrumentum vel prærogativum, quo quis utitur coram iudice, versario integratior legi debet: sed solum illud capitulum, quod agitur, est debet.

*Celestinus III. Abbat. sancti g. Se-
cundi.*

Contingit interdum b, ut dicitis, quod quandocumque cum aliquo item habetis, privilegium instrumentum averse parti cognitum plenius exhibere: unde accidit, quod occasione unius capituli, super quo conveniuntur, plurimalitigia fulcantur: [1 & infra.] Consul. tux taliter respondemus: ut quandounque super exhibendo privilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiiti, præfente judge, aut aliquibus prudenteribus viris deputatis ab ipso, audiente parte contraria tantummodo recitetur, ita quod si tantum super uno capitulo & quatuor fuerit, illud solummodo deficiatur, & adverba parti copia ejus fiat.

a *Cap. 2. eod. tit. m. 1. compil.* b *Cap. 1. ead. tit. 2. compil.*
c *Ambitione, al. Alodio. d Male Episcopo. e Cap. 1. ead. tit. in 2. compil. vid. Giud. Pop. hic. f. etiam. g. In Cod. Barb. Fromundi. & ovidem conventu. h. Cap. 3. ead. tit. in 3. compil. vid. Bar. & Bald. in l. fin. C. de proc. imp. off. Bar. & Angl. in l. fin. C. de bon. iud. aut. poss. Fidel. inca. i. sup. de proba. Bald. & doct. in l. civile. ff. de leg. i. articulo.*